Quelle: https://manuscripta.at/?ID=925
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



136

c xxxvij

Super decimo septimo articulo interrogatus dicit quod post mortem suam ad exa-
minatum testis fuerunt articuli quia vita audiuit et de hoc publica fama
existat

Super decimooctauo articulo interrogatus dicit quod de predictis omnibus ad ex-
aminatum testis fuerunt famam a quibus annis exortum

Super decimonono articulo interrogatus dicit quod post mortem suam clarum ad ex-
aminatum testis respondit articulum fore verum causam reddit quia ipse testis
habuit puerum nomine Iohannes habens omnia et singula membra
ut homo bene dispositus qui usus ad septimum siue octauum annum negue am-
bulare neque loqui potuit ipse testis ac eius vxor audientes famam beati
Leopoldi eiusdem pueri ex intimis et toto corde ab beato Leopoldo pro gra-
tia in puero concedenda deuouerint ac hijs uel consimilibus verbis inter
positis inuocauerint videlicet O pie et large auctor ostende nobis tuam
gratiam et pia ampulla et miserere ad deum omnipotentem vt pueri meritis
tuis et suffragijs relevetur et sanetur via ut ambulare et loqui possit
et cum de anno Domini Sexagesimonono tempore hiemis ductus puer in cuna
per eius vxorem et Perngerum dispensatorem eius familiarem ad tumba
beati Leopoldi ductus et oratis vt per eius vxorem ad dictum Leopoldum
perfusis ac effectorium pro dictum eius vxorem dicto Leopoldo oblatis extitisse
post octo dies sequentes ambulauit et successive loqui cepit et ex quo tam
per integros tres annos superuixerat interrogatus ex cuius inuocatione
uel an vi verborum uel arte humana aut medelas appositas puer sanatus
existat respondit quod nulla medela aut medicina sit apposita neque aliqua
apponi fuerint neque possibile sit iudicio suo quod arte aut vi verborum sanari
valuerit Set credit quod per meritum beati Leopoldi quem ex intimis inuoca-
uerunt sanatus et adiutus existat

Super vicesimo articulo interrogatus dicit quod eiusmodi miracula ad ex-
aminatus testis audit articulum fore verum causam reddit quia inde publica
et hoc fama sit et in eo ac eius vxore sit fides et deuotio augmentata

Super vicesimoprimo articulo interrogatus dicit quod talia miracula fuerunt ad ex-
aminatus testis dicit articulum eiusdem fore verum causam reddit quia
non sit possibile quod eius puer de quo deposuit vi verborum hominum
aut aliqua arte sanatus extitisse

Super vicesimosecundo articulo interrogatus dicit quod omnia miracula ad
examinatus testis respondit articulum fore verum de hijs que de eius puero
deposuit

Super vicesimotertio articulo interrogatus dicit quotidie adhuc ad exa-
minatus testis dicit articulum fore verum expeditum